

nientes, & itinera perfodientes, dilatant spacia, quã  
tum naturalocipatitur. Insuper autem stipites inter  
se religantes metas efficiunt, quas harundinibus &  
stramentis tegentes, exaggerant supra habitatio-  
nes maximos grummos e terra. Ita hyemes calidissi-  
mas, æstates frigidissimas efficiunt, tectorum ratioe.

Nonnulli ex ulua palustri componunt turgia tecta,  
Apud cæteras quoq; gentes, & nonnulla loca, pari, si-  
miliq; ratione, casarum perficiuntur constitutiones.  
Non minus etiam Massiliæ animaduertere possu-  
mus sine regulis subacta cum paleis terra tecta, Athe-  
nis areopagi antiquitatis exemplar ad hoc tempus lu-  
to tectum. Item in capitolio commune facere potest & si-  
gnificare mores uetustatis Romuli casa in arce sacro-  
rum stramentis tecta, Ita his signis de antiquis inuē-  
tionibus ædificiorum sic ea fuisse ratiocinantes pos-  
sumus iudicare. Cum autem quotidie faciendo tritio-  
res manus ad ædificandum perfectissent, & solertia in-  
genia exercendo per consuetudinem ad artes perue-  
nissent, tum etiam industria in animis eorum adie-  
cta perfecit, ut qui fuerunt in his studiosiores, fabros  
esse se profiterentur. Cum ergo hæc ita fuerint pri-  
mo cõstituta, & natura nõ solum sensibus ornauisset  
gentes quemadmodum reliqua animalia. sed etiam  
cogitationibus & consiliis armauisset mentes, & sub-  
ieciisset cætera animalia sub potestate, tunc uero & fa-  
bricationibus ædificiorum gradatim progressi ad cæ-  
teras artes & disciplinas, e fera a grestiq; uita ad mã-  
suetam perduxerunt humanitatem. Tum autem in-  
struentes animose & prospicientes maioribus cogita-